



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De ministro Baptismi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

C A P V T VI.

De ministro Baptismi.

S V M M A R I V M.

37. *Triplex Baptismi minister: ordinarius est Sacerdos.*
 38. *Ex officio est solum Parochus, & Episcopus.*
 39. *Notanda de alio Sacerdote baptizante solemniter.*
 40. *Diaconus ex commissione Episcopi potest solemniter baptizare.*
 41. *Necessitas & ignorantia excusans baptizare non sine solemnitate.*
 42. *Quomodo quilibet homo necessitatibus est idoneus minister Baptismi.*
 43. *Exclusi ab eo numeri: & de causa in qua ceteris geret plures simul vnum baptizare.*
 44. *Ordo seruandus inter idoneos, ad baptismum in necessitate conserendum.*
 45. *Peccatum est mortale nolle baptizare in extremitate necessitate.*
 46. *Extra casum necessitatis baptizare sine solemnitate peccatum est mortale: quod non inducit in regulis: ut auctor.*
 47. *Quatenus mortaliter peccetur administrationis baptismi in peccato mortali & cetero ando peccanti in ea.*
 48. *Modi varii quibus contingit mortaliter peccare in administratione Baptismi.*
 49. *Quatenus sit, vel non sit, licitum plures simul Baptizare.*

37. **I**n catechismo iussu Concilij Tridentino, edito, triplex constituit minister Baptismi, unus ex officio, alter ex commissione, & tertius ex necessitate.
 Ex officio est Sacerdos: cui, quod ex officio baptizare competit, expresse dicitur in Concilio Florentino, in instructu. Armen. & in cap. Constat. De confessore, dist. 4. insinuatque fons aperte in cap. Perfectio. Ad diaconum dist. 25. & in cap. Diaconus dist. 93. communis que Ecclesia vsus latissim confirmat. Si que conuenire D. Thomas, par. quæst. 67. art. 2. ex eo ostendit, quod cum Sacerdos institutus sit ad Eucharistiam consecracionem, ratio potest, ut ei datur potestas omnia illa administrandi, per quæ quisque potest fieri particeps Eucharistie, tanquam sacramenta Ecclesiasticae unitatis: dicente Apostolo in priori ad Corinthi. cap. 10. Vnus panis, & viuum corpus sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Per baptismum autem efficitur quicunque particeps Ecclesiasticae unitatis, accipiendo ius accedendi ad Domini mensam. Ceterum Sacerdos nomine comprehenditur Episcopus, ut ibid. ad 2. monerit D. Thomas: quia in omni repub. quod potest inferior, potest quoque ipsius Superior. Quod etiam confirmatur per citatum cap. Diaconus.

38. **S**i quereras, An omnis Sacerdos sit ex officio minister baptismi? Respondeatur negativo cum Syllo. In verbo Baptismus 3. nu. 1. & Armil. eodem verbo n. 39. Id enim esse proprium munus Episcoporum, & Parochiorum, saltem de precepto Ecclesiae, deducitur ex cap. Interdictum, 16. quæst. 1. & ex eo quod per baptismum recipiantur homines in Ecclesiam, & sicut eius membra; decatque ut potestas & ius admittendi homines ad Ecclesiam, sit penes pastores illius. Vnde, ut bene nota Suarez disputatione 23. sect. 2. Sacerdos respectu quidem sacramenti baptismi habet sufficientem potestatem, ut illud valide, & dignè ministret: sed respectu personæ cui ministerium est, ut ipsum est licite minister, requiri potestatem iurisdictionis: propriam coram qui animarum curantur, tanquam coadiutorum Summi Pontificis, cui in D. Petro dictum est à Christo: Palce oves meas. Vnde & ad eos, tanquam Pastores sub summō pastore constitutis, pertinet mandatum Domini datum Matthai ultimo de pascendis hominibus verbi domini prædicatione, & sacramentorum administratione, ac nominati baptismi, per illud, ite: docete omnes gentes baptizantes eos &c. De qua re idem Suarez in frequenti disputatione 31. sect. 4. in principio.

Atque ita habet communis consuetudo Ecclesiae. Neque enim extra calum necessitatis alius, quam Parochus, nisi de ipsius licentia baptismum conferre solet: sicut constat, ipso renuente, atque volente in eo fungi suo munere,

peccabit mortaliter. Id siquidem est, ius alienum inuadere, & pastorale munus sibi usurpare cum notabilis pastoris iniuria. Quod procedit etiam in extrema necessitate subdit baptizandi: quoniam ea non tollit Parochio proprium ius, nec dat licentiam inuertendi ordinem iustitiae: nec est sufficiens causa ut alius, quam proprius Pastor possit ad baptismum dandum eingredi: etenim quando is praefens adeat, aut facile haberi potest ad illud suum munus exequendum, non est reuera necessarium alterius ministerium.

Quod si Parochus in eo cederet suo iuri, vel ipse non posset haberi, urgente necessitate, alius Sacerdos etiam solemniter baptizare licite posset: quia in eo non fieret eidem Parochio iniuria, nec circa sacramentum committeretur irreuerentia, ut ibidem Suarez bene argumentaret. Nota vero obiter, Sacerdotem baptizantem inuito Parochio in peccare mortaliter, ut tamen nec excommunicatione, nec irregularitatem ideo incurrit. Quod de excommunicatione patet: quia sibi imposita confiteri possit, maxime in Clementina prima. De privilegiis. At non est ibi imposta, prout notat Nauartus in Enchir. cap. 27. nu. 102. & de irregularitate docent communiter Authores, ut Suarez quoque monet in ea item se. 4. dicto ultimo.

Ex commissione autem Episcopi, vel Parochi (quam illi, hoc etiam in iusto d. re proponit) D. Antonius 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 4. not. a. b. 2.) solemniter baptizare possunt non tantum alii Presbyteri, sed etiam Diaconi: ut cum Caet. 3. p. quæst. 67. art. 1. docet Sotius in 4. distinct. 4. quæst. vni. 1. art. 1. column. 3. Et probat ex eo, quod in ipsius Diaconi ordinatione dicatus: quod oporteat Diaconum ministrare ad altare, baptizare, ac predicare. Id autem ipsi non conuenire ex officio, sed tantum ex commissione Episcopi, vel Parochi, late docet Suarez disputatione 26. sect. 2. Sed nobis sufficit id ipsum a parte confolare cap. Contra Baptisma, De confec. distinct. 4. simulquadrupliciter cum Soto loco citato, iam exoleuisse consuetudinem committendi Diacono munus baptizandi solemniter, etiam si adhuc fieri possit, vbi effet magna baptizandorum multitudo, & presbyterorum paucitas: ut in terris remotioribus ab habitatione Christianorum, aut accessu difficilius. Cur vero ceteris communiti non possit administratio baptismi, ratio est, quia etiæ facta ea commissione, non fieret iniuria Parochio: fieret tamen sacramento ad cuiusregularitatem spectat, ut cum sit ministerium sacrum, requiratur de se ministerium sacram: ita ut ab alio nequeat cum debita solemnitate conferri, quantumvis possit sine ea, quando virget necessitas.

Quæquidem duo requiritur, & ut mors baptizando inferatur, & ut non habeatur, nec haberi possit, commode dignior, qui in hac re est minus digna praæferendas, eo modo quo infra documentum primo exponetur. Vbi enim duo hec non concurrunt, sicut non est vera necessitas, ita nec est facultas licite baptizandi, ut bene monet Suarez in ead. sect. 4. dist. 2. Quod tamen aduerte intelligendum est, scilicet ignorancia inuincibilis excusante à peccato: quia in hoc negotio facile interuenire potest: tum iuri, quod non est tam clarum, quin facile possit à communi plebe inuincibiliter ignorari: tum facti, quia sapientia potest sine culpa periculum mortis ibi timeri, vbi ipsum non est: & ido accelerari baptismus, non exceptio conuenienter ministri: sine veracessitate quidem, cum existimata tamen bona fide, ex zelo charitatis.

Ex necessitate denique id est baptismi ministerium esse quemlibet hominem, qui debitam materiam, & formam applicare possit baptizare cum intentione faciendo quod facit Ecclesia, sine sit Clericus, sine Laicus, sine magisterio, sine frumento, sine prenis & censuris quibuscumque innotatus, sine infidelis, hereticus, vel scismaticus, Paganus, vel Iudeus. Ita diversi verbis statutorum à Concilio Florentino in instructu. Armen. De baptismino. Et in particulari de laico fideli habetur in cap. Ad limina, 30. quæst. 1. & in cap. Constat. & in cap. In necessitate, De confessore, dist. 4. De confessione: in cap. Super quibus, 30. quæst. 3. De Pagano in cap. Romanus, cap. distinct. 8. & de lude, 1. in cap. A quadam Iudeo, eadem etiam distinct. Rationem hunc sibi D. Thomas in eis quæst. 67. art. 3. refutat summane necessitatem baptismi, de qua diximus in præced. cap. 2. Ne enim homocircum-

remedium tam necessarium patetur defectum, misericordia Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, institutum est (prout communis sensus & traditio Ecclesiae interpretatur) ut sicut baptismi materia, res esset communissima, puta naturalis aqua; ita etiam minister esset talis, qui facile obnius haberetur.

Excludunt autem ab hoc numero, tum membrorum vsu ita priuati, vt nequeant applicare aquam ad ablendum: tum carentes vsu linguae, cum non possint proferre formam: tum demum carentes vsu rationis, quia non possunt habere intentionem ad baptizandum requisitam. Adde & vnumquaque, rationis sui pphus: quia nullus potest seipsum baptizare, ne quidem in casu necessitatis ex cap. Debitum, De baptismo. Et probat D. Thom. 3. par. q. 66. art. 5. ad 4. quia dicens, Ego me baptizo, mutat formam essentialiem baptismi, de qua antea in cap. 4.

Ceterum cum homo non baptizet, nisi ut minister Christi, & vicem illius gerens (iuxta illud Ioan. 1. Super quem videbis Spiritum descendente, & manente super eum, hic est qui baptizat) sicut Christus vnu est, ita oportet, præfatio quia sufficit, vnum esse baptismi ministrum, qui Christum representet. Ita D. Thom. in prius memorata quest. 67. art. 6. Vnde statut non valere baptismum, siad cum vni conferendum, plures statuant sic concurrere, vt vnuquisque intentionem habeat non baptizandi sine alio, sine tamen intentionem exterius exprimant, dicendo: Nos te baptizamus, siue non exprimant. Statuit pariter nec valere, si vnu, v.g. mutu, materialm applicet: & alter, v.g. manus, formam proferat: præsertim quia falsa esset forma: nisi forte, ibid. notat Caiet. mancus ablucret tenendo vas aquæ super caput baptizandi, adiutus a mutuo. Valere autem baptismum si plures sint totales ministri baptizantes eandem personam, seruat essentialibus, vt si venire potest, cu plures contentiose vnu aliquem baptizare conantur. Quo casu, inquit D. Thomas, ille qui prius finit ablationem, & formam, solus baptizat: ceteri vero nihil faciunt. Qui si vñque ad finem persequantur id quod cooperant, puniuntur tanquam rebaptizantes. Qued si omnes simul omnino finiant, essent quidem puniendi inordinato modo baptizandi, non tamen de iteratione baptismi, quia singuli intenderent non baptizatum baptizare, nec traducerent aliud & aliud sacramentum, sed Christus qui vnu est interius baptizans, vnum sacramentum per vtrumque ministrum conferret. De qua re videri potest Suarez ad eundem locum D. Thom. disput. 23. sect. 3.

Documenta de ministro Baptismi notanda
pro prox.

Primum est, sumptum ex D. Thom. 3. part. quest. 67. art. 4. quod esti validum sit baptismi sacramentum à quocumque conferatur, seruandum esse tamen in ea re ordinem: vt digniores præferantur, nempe parochus alias Sacerdotibus: Clericus laico: vt mulieris fidelis infidelis: non præcilio pccato, id est excommunicato, suspenso ab officio, vel degradato. Quamquam, vt D. ipse Thomas addit, parochus potest præfere Episcopo baptizare, quia id ei ex officio conuenit. Atque mortale peccatum committi baptizando præsente, nec consentiente parocho, iam ante habitum est. Sed adiuerte ex Syl. in verba Baptismus 3. num. 10. excipiendo esse casum in quo Parochus ipse censura Ecclesiastica inmodatus impeditur officio fungi: non item caufam, in quo impeditur ob commissum peccatum mortale: vt doceat Suarez disput. 3. sect. 4. dicto 4.

Peccatum vero quod committit mulier vrgente necessitate baptizando, præsente viro, vel laicus, præsente Clerico, cui nee ex officio, nec ex commissione competit baptizare, non videtur plusquam veniale, vt pote consensum solum in quadam indecentia. Immo aliquando nullum peccatum est, vt quando mulier vell laicus propter maiorem peritiam forme, ac modi baptizandi, sacramentum administraret. Ita D. Anton. notat 3. par. lib. 14. cap. 13. §. 4. Vnde in catechismo iussu concilij Trident. edito, dum agitur de ministro huius sacramenti, approbat quod obstetrices præsente aliquo viro, qui huius sacramenti administrandi minus peri-

tus sit, interdum baptrizent. Peccatum autem quod committitur in articulo necessitatis, admittendo hominem infidelem ad baptizandum, prætermisso homine fidei graue esse monet D. Thom. 3. par. quest. 67. art. 5. Quod Suarez loco cit. docet intelligendum, non quidem de se, quia non fit in ea iniuria sacramento, quod à tali in necessitate extrema conferri potest: sed ratione circumstantiarum: maxime scandali, quod oriretur ex ea prælatione, & communicacione diuinis cum infidelis. Itemque ratione periculi ministrandi sacramentum sine debita intentione, aut cum aliqua essentialium mutatione.

Secundum documentum est: In casu necessitatis quemlibet praeditorum sub pena peccati mortalis teneri baptizare, quando non est alius, qui id munus exequatur. Ita docet Palud. in 4. diff. 5. quest. 2. art. 1. & cum eo D. Anton. in tato 5. 4. notabilis pr. m. Qui addunt ideo bonum esse, ut quisque formam baptismi addiscat: quantumuis, vt D. Anton. art. illam scire teneantur tantum ij. quibus ex officio incumbit baptizare: vt Curatis, & obfetricibus, propter pericula frequenter contingita in partu. Qua de causa illi ignorando necessitatem ad baptismum, peccant mortaliter: vt ex iij. idem authoribus Nauarrus habet in Enchir. cap. 22. num. 6. versu 5. Confirmatur vero propositum documentum ex eo, quod præceptum charitatis, obligans sub mortali ad subveniendum proximo in graui necessitate constituto, fortius obliget ad subveniendum spirituali necessitatibus animæ proximi, quam necessitatibus corporalibus.

Tertium documentum est: Non Sacerdotem baptizantem solemniter, etiam in casu necessitatis, peccare mortaliter peccato sacrilegij per usurpationem Sacerdotalis munieris, & incurriere irregularitate (etiam si de Laico al. qua si contraria sua, de qua Suarez in cit. art. 4. ubi finem) per cap. 1. De Clerico non ordinato ministrante. Ita docens Sotus in 4. diff. 4. quest. vñica art. 3. concl. 1. addit in sequenti 2. esse quoque mortale, licet minus graue, baptizare sine solemnitate quando non imminent extreme necessitas: Quæ est D. Thoma sententia in seq. art. 5. vt illi tribuit Greg. à Valen. diff. 4. quest. 2. punto primo. Vbi post Sotum in tato art. 3. rei est quod Caietanus docet tunc committi peccatum tantummodo veniale. Nam contrarium sat significatur in Clemenc. vñica, De baptismo: cū eiusmodi peccatum iubetur grauiter puniri ab Episcopo in Sacerdote: in quo proinde ipsum graue est: & maiore ratione in non Sacerdote.

An autem ob illud incurritur etiam irregularitas, maior difficultas est: de qua in vtramque partem Henriquez lib. 2. cap. 29. §. 1. lit. K. & L. plures authores refert, negantemque sequitur, sicut & Greg. à Valen. loco citato: quia baptizare sine solemnitate non est exercere actum sacri ordinis. Pro quo faciunt tradita à Nauar. in Enchir. capit. 27. num. 24. 21.

Quartum est, quod Henriquez habet authoribus in margine citatum eod. cap. 29. §. 4. Eum qui ministrat baptismum solemniter cum conscientia peccati mortalis, vel excommunicationis, aut ab omni officio suspensus, aut ministrat eis quos nouit indigne suscipere, peccare mortaliter tanquam indigne, & cum irreuerentia notabili tractans diuina. Quamquam censeri potest à peccato excusatus ex circumstantiis ut cum necessitas baptizandi vngit, siue ob immensum periculum mortis, siue ob scandalum aliquo oriturum: atque ipse peccati, ac excommunicationis vinculis constitutus, de illis dolens proponit serio absolutionem procurare. Adde quod esti baptizandi actus facit sit, non esse tamen obligationem exercendi illum in gratia, nisi quis ipsum exequatur tanquam initatus ordine qui ad tale ministerium destinatur. Videri potest Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 72. & cap. 27. num. 244.

Quintum est, quod ex præced. sequitur, & pro quo auct. res aliquot citat Henriquez in sequenti §. quanto lit. D. in margine, vrgente necessitate licetum esse petere baptismum à quocunque, licet peccatore, excommunicato, vel infidelis, dummodo credatur ministratoris cum vera & fidei intentione facient, quod facit Ecclesia Christi.

Sextum est, sumptum ex Soto in cit. art. 3. concl. 4. Coopérantem laico, aut eucumque alteri extra necessitatem extream baptizanti sine legitima autoritate (d. quia indicari

potest ex dictis in priori et parte huius c.) peccare mortaliter: ut si pater traderet suum infantem aliqui tali baptizandum: Quo casu infans quidem recuperet gratiam, quia non ponere obicem, non item adultus, nisi ignorantia inuincibilis eum excusaret, quia peccans mortaliter poneret obicem eidem gratia. Ratio autem huius aperta est, quia ex Apostolo ad Romanos 1. Digni sunt morte, non tantum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: ut maxime consentiunt qui eius cooperantur

48. Septimum est, quod ex Nauar. in Enchir. cap. 22. nu. 7. habet Henriquez in c. t. o. cap. 29. §. 3. & plenius tradit Suarez disput. 31. scđ. quinta, eum qui ministraturus est baptismum teneri scire necessaria, & applicare debite: nempe materiam & formam coniunctione morali saltem coniunctione, habendoque intentionem requisitam, & adhibendo ritus Ecclesie, quando baptismus solemniter dari potest: atque cauendo ne baptizatum vngat veteri christinam, & ne baptismum conferat, quem non sit suffis ante baptizatum (quocasus ir. agularis fuerit), aut ei quem scit indigne accedere: siue quis non est bene instruatus, siue quia perseveraverit vult in aliquo mortali peccato: siue quia redditurus est ad suos infideles cum probabili periculo peruersioris: siue quia metu coactus baptismum petat: siue quia parentes infideles, sub quorum cura adhuc manet, nolunt consentire ut baptizetur. Contra vero curandum est diligenter Parochio, ne quis in sua parochia decedat absque sacramento baptismi, alioquin enim esset in notabilis culpa, tanquam negligens in negotio magni momenti ad suum officium spectante: ideoque mortaliter peccaret, iuxta Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 5. versu 3.

49. Ultimum est: Validum quidem est baptismum, si unus minister plures simul baptizet, omnes simul abluno per aqua infusionem, vel aspergionem cum hac verborum forma, Ego vos baptizo, &c. Ex D. Thom. 3. par. quest. 66. art. 5. ad 4. Non licet tamen absque graui necessitate, aut alia iusta de causa (qualis occurrit potest apud Infideles tempore pestis, vel bellii, vel naufragii, cum periculum esset in mora) recedere a consueto more Ecclesie, secundum quem unus tantum non plures baptizat simul. In eo enim peccatum committitur non leue, recedendo in re graui a communiter recepta, & laudabili Ecclesie confutidine: quod mortale esse dici potest, saltem si fiat ex contemptu, vel ex presumptione, vel cum notabilis scandali periculo.

Alias autem non nisi veniale esse tenendum videtur, ut cum Soto tenet Greg. à Valen. disput. 4. quest. 3. sub initium punti secundi.

Nota obiter ex D. Th. loco cit. legitimam esse formam, quia dicitur, Ego vos baptizo, &c.] quia vos tantum valet, ac te, & te. Non autem eam qua plures unum & eundem baptizantes dicunt, Nos baptizamus te, quia Nos non valet idem, ac ego & ego, sed idem ac ego, & tu. Si autem unus unum baptizaret dico honorifice, Nos te baptizamus, valeret baptismus, quia idem erit, ac si diceret Ego te baptizo.

C A P V T VII.

De sufficientibus Baptismis.

S V M M A R I V M.

50. **P**articipes baptismi possunt esse omnes homines prediti vita etiam infantes.

51. **S**icut baptismus in se unus est specie infima, ita unus hominis unus numero tantum esse potest, nec iterari.

52. **P**ecatum grauium committitur iteratione baptismi.

53. **D**e eo quod agendum est, cum dubitatur de aliquo an sit baptizatus.

54. **N**on licet pro articulo baptismum conferre sub conditione: Si non es baptizatus, &c.

50. **B**APTISMI participes esse posse omnes homines cuiuscumque vel sexus, vel conditionis, vel aetatis sint dum-

modo hanc vitam vivant, ex eo pater: quod in Christo spiritualiter regenerari possint quotquot in Adamo per naturalē generationē contrahendo peccatum originale, mortui sunt. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viviscantur, ex priori ad Corinth. 15. Quam visificationem non contingere absque latacro regenerationis, aut eius voto, decernitur in Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. per illud Ioan. 3. Ni quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum celorum. Vide antedicta in cap. 2.

Quod autem hoc de infantibus diversi haeretici negant, bene refutant Greg. à Valen. in cit. quas. puncto primo, Bellarm. tom. 2. controversi. lib. de baptismō cap. 8. Suarez tomo 3. disput. 25. scđ. 1. Quia in re immorari non est nos nisi instituti: cui sufficit scire id esse fide tenendum, tanquam definitum ab Ecclesia, ut confitat ex cap. Placuit. 2. De concr. dist. 4. & ex cap. Maiores, De baptismō, & ex cap. 1. §. Sacramentum, De summa Trinit. sub finem, & ex Concil. Trident. sess. 7. de baptismō can. 23. Cataphrygarum vero insanum errorem, qui mortuos baptizabant, Alphonsus à Castro aduersus haereses, verbo Baptismus, haeres 3. bene refutat, ex eo, quod in hac solum vita, detempus acquirendi eternam salutem per media diuinitus inspirata, qui post illam ubi cecidit lignū, ibi erit, Ecclatificē. n.

Iam sicut idem Baptismus, quo capaces esse omnes homines dicimus, unus est specie infima, ex communī sententi Theologorum, prout Suarez refutavit in disput. 22. scđ. prima: ita etiam unus tantum numero esse potest unus numero hominis, ita ut iterari nequeat. Id quod Suarez in sequenti scđ. 2. latius tractat cum D. Tho. 3. quas. 66. art. 9. Sed ad nostrum institutum suffit ut monere id esse fiducie Concilii Florent. in instruēt. Armenorum: vbi statutum Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, quæ characterem imprimunt in anima indelebilē, non iterari in eadem persona. Et ex Concil. Trident. sess. 7. de Baptismō cum anathemati subiicitur isti, qui dixerit verum & recte collatum baptismum, iterandum esse illi, qui apud Infideles Christi fidem negauerit, cum ad penitentiam convertitur. Accedit cap. Non licet 2. cum aliquo sequentibus. De confir. distinet. 4. Adde & illud ad Ephef. 4. Vnde Dominus, vna Fides, vnum Baptisma.

Peccatum autem esse suo genere grauissimum baptismi iterationem, tam ex parte dantis, quam ex parte illum recipientis voluntarie, habetur tum ex cap. Rebaptizare, in ead. distin. 4. vbi dicitur est. immanissimum celos: tum expona quia punitur, mortuus enim unum iure civili ex lege 1. c. Ne sanctum Baptisma reiteretur: & ex graui penitentia iure Canonico imposita septem, ac plurimi assuorum, De confir. dist. 4. cap. Qui bis & cap. Eos quos: tum denum ex eo quod sacramentum in magnam iniuriam eisdem applicet subiecto incapaci, Addit & in iniuriam Christi: quia cum per baptismum commoriamur: & conopeiamur Christo, qui semel tantum mortuus, sepulchre est, ille qui baptismum iterat, significat Christum esse denou mortis, & sepulturæ obnoxium: rursum fibimetispi, iuxta Apostolum ad Hebreos cap. 6. Crucifigens Filium Dei, prout tangitus in citato cap. Qui bis. Hoc autem locum habet, quando cōstat aut ex vñemēti presumptione est verosimile aliquem esse baptizatum: ut cum ibi natus est, vbi baptismus non solet differri ultra octauum diem. Quo cōsul non modo non licet baptizare absolute, sed neque sub conditione, ut bene probat Suarez disput. 31. scđ. 6. sub initio: quia cum iam constat sufficienter quid sit factum, nihil interest addere conditionem ad vitandam irreuerentiam quæ committitur baptismi iteratione.

Addit idem author, quod habetur ex cap. Parvulos, & aliquot sequentibus, in citato distinet one 4. id ipsum non procedere in casu dubii, id est, quando sunt quidem aliqua indicia ad suspicendum aliquid de necessitate ad validitatem baptismi esse omnissimum: aut eum qui offerunt esse iam baptizatum (quos duos dubii modos plenus expl. c. t. Suarez disput. 22. scđ. 2. versus finem) non tamen sufficiencia ad ferendum absolatum, definitumque iudicium: tunc enim periculum perditionis certe in homine, exigit ut baptismus ei cōferatur, neque incepit iniuria sacramenti, quonia ad tollendū illius periculi

ā ore